



12

78.

AD  
PVBLICVM LYCEI SNEEBERGENSIS

## EXAMEN

XI. CAL. MAI.

ET SEQVENTIBVS DIEBVS PRISCORVM CONSVENTVDINE  
INSTITVENDVM, SVB CONTINVATIONE XII.

# S C H E M A T I S T R I V M N V M O R V M,

QVIBVS IMPRESSA CERNITVR APVD ILLVSTRISS. COMPLANI COMITEM,  
CONSTANTIVM LANDVM IN NVMIS. SELECT.

AVGVSTORVM CALIGVLAE NERONIS ET GALBAE EFFIGIES, CVM MANV  
PORRECTA ORDINES CIRCVMSTANTES PRO ROMANORVM  
MORE ADLOCVENS,

VENERANDOS LYCEI NOSTRI DN. INSPECTORES,  
ET QVOTQVOT EX PROCERV M VTRIVSQUE ORDINIS NVMERO MANSVE-  
TIORIBVS MVSIS FAVENT, CONVOCAT, SIBIQVE ILLORVM PER-  
HONIFICAM PRAESENTIAM, PRAEMISSA AD AUDITORIVM  
ADLOCVTIONE DE ATHEISMI NATALIBVS,  
EXORAT

M. IOANNES DOPPERTVS, RECTOR  
SCHOL. SNEEB.

SNEEBERGAE,  
Praelo HENRICI FVLDAE

Dom. 12. May. 1709.



**S**TAT urbs juxta Tiberim Romuli auspiciis exstructa,  
qvae famae magnitudine et nominis claritate prae aliis opidis caput  
in altum extulit, qvae armis vetricibus, et illustribus triumphis  
cultiores terrarum orbis partes peragravit, et sempiterna victoria-  
rum monumenta in ipsis etiam Parthis erexit, qvae a Graecis et ex  
ultimo Oriente accepit, qnicquid modo in legum sanctimonias, omnisque  
sciti moris doctrinaeque elegancia, et in laetiore vivendi ratione praeculari,  
mortalibusque exoptati, et illorum conditioni maxime convenientis usquam reper-  
titur. Iustinus Martyr inscripsit Apolog. *Imperatori, sacroque Senatui, totique*  
*populo Romanorum, iepate ΣΥΝΚΛΗΤΩ*, unde postea consuetudo invaluit, ut Se-  
natus exemplo, et ad principem Iudeorum urbem ipsa Roma in Imperatorum Con-  
stitutionibus pasim *sacra et sacrissima* audiat, qvae elogia deinde Caelarum  
edicta novae Romae Byzantio, veluti peculiare attributum adsecerunt. Perillu-  
stris Spanheimius disert. V. de usu et praest. Numis. p. 419. Graeca inscriptio, quam  
modo attul, legitur in numo, qui in Regio thesauro Berolini affervatur, exhibetque  
numus Senatorem mento, forsitan usu rerum et crebre ore abrafione emun-  
ctum, raso, pro more temporum sequiorum, et ad Imperatorum consuetudinem,  
Senatus auctoritatem Majestate sua complectentium, efficto, idque adstruit illustris  
Begerus in erudita animadversus: ad c. 1. Flori, L. I. p. 29. adducens ex celeberrimo  
Morellio numum Hieropolitanum, Senatorem quoque rasa barba exhibentem.  
Haec omnium gentium arx, et terrarum Regina, haec trutina legum et sancta  
oblivivatrix a Sozomeno compellatur πρεσβύτερα ρόμα, μεγάλοπολις, μεγάλη  
πόλις, μεγάλη ρώμα καὶ βασιλεύσα, a Socrate παλαιὰ γάρ, a Symmacho Mart-  
ia, et a Silio Martigena, qvae summi nominis decora praeincipitem tollunt admirati-  
onem, si praeter ceteros homines Romani loci sanctitatem suspexerint, si amque  
urbem flagrantiore affectu adamant. Belisarii de Roma sententia apud Procopium  
L. 3. de bello Gothicis his ad Totilam verbis expressa est: constat inter omnes,  
Romam omnium urbem, qvas folis jubar radiis collustrat, maximam et nobilis-  
simam esse. Neque enim unius viri virtute ac opera exstructa est, neque brevi  
tempore ad tantam magnitudinem, speciemque proiecta, sed multi reges, longin-  
qua aetas, fortissimorum virorum numerus freqvens, et dicitur ac potefatis  
excessus, cum alia omnia ex toto orbe, tum vero artifices eo congregare potue-  
runt, et ita paullatim tantam urbem, quantam vides, architectati, monumenta  
virtutis omnis posteris reliquerunt. Qvam si conservaris, possessionem omnium  
pulcherriman habebis. Idem historicus plures Vrbis laudes litteris mandat L. IV.  
Goth. cui addantur Iustus Lipsius in Vrbis admirandis, et Alexander Donatus de  
Roma veteri et recenti, ubi plura elogia fide idoneorum testimoniū recententur. Ut  
vero haec sedes antiquissima, hoc gentium domicilium Roma observatrix fuit vir-  
tutum, et cultrix ac mater justitiae, sic praecipue monetae curam gesit, ne fraude  
captiolorum hominum detrimenti quid caperet, vel jus cudenti numos ad privatos  
devolveretur, sed ut proprium Principib[us] remaneret: hinc inter insignia delati  
imperii illico: *Moneta nomen Antonini reddatur.* Lampridius in Severo. *Et*  
*Antonino Diadumenod ad imperium vecto, statim apud Antiochiam moneta*  
*Antonini nomine percussa est: Macrii usque ad iussum Senatus dilata est.*  
Hoc indicio Augusti postea agniti, et pro veris throni sceptrique Domini habitu  
fuerunt. Vopiscus in Firma: *cum ille diceret Firmum latrunculum fuisse, non*  
*Principem: contra ego illum et purpura usum, et percussa moneta Augu-*  
*stum vocitatum: quin etiam numos ejus Severus Archontius protulit.* Solius igitur  
Principis fuit et eis ius percutiendi numos, et pertinet ad majora *Regalia:*  
iccirco svadet Augusto Maecenas inter alias imperii stabiliendi artes apud Dionem:

μῆτε

μῆτε δὲ νομομάσα ιδια τις αὐτὸν ἐκέλω, αἰλλὰ τοῖς ἡμέραις ναὶ ἔκεινοι πάντες χείροθεα-  
σαν. I. 52. Constitutio Friderici Regalia L. V. Feud. et c. I. quae sunt regalia, Gun-  
therus in vita Friderici, Dodechinus Abbas, inter recentiores Caspar Zieglerus  
de I. M. Clementis Bergii introductio in doct. pol. p. 310. et excellentissimus Came-  
rae et rei metallicae Consiliarius Regius Reinhardus in theatro prud eleg. ad iusti  
Lippii polit. p. 826. adducens agmina scriptorum, ad monetarum pertinentium, termin-  
nans tandem sermonem in percelebris Schurtzleischii verbis de probae monetarum  
Scrccebergeris, sic dictis a Scrccebergo, Annebergum postea vocato, qvod sub  
Alberto Animoso, Duce Saxonie coli coepit 1491, metallis uberrimum, ut etiam  
Anglici a tribus Angelis, quibus haec moneta est signata, et Molares a molendino  
recens ibidem exstructo, appellantur. Disp. de vita Alberti III. fol. 85. Monetae  
officinam superioribus faeculis praebuit schola nostra, in peraptum Musarum Dom-  
icilium a.c. 1623. post bidental veteris scholae, munificentia glorioſi Pr. Elect. Au-  
gusti stabilitae, amplissimi Senatus auspiciis commutata, egitque in nostris monti-  
bus monetarum Magistrum Andreas Funckius per XXX. annos, qui Principis iusli ad  
pauperes sublevandos, et montium fessoribus succurrentum optimiae notae grossos  
percusit, inter nostrates maximopere etiamnum celebratos. Albinus in Chron.  
MS. Sneeb. Ut monetarum sanctitas constaret, et numi incorrupti conservarentur,  
prisci Romani monetam ut Deam coluerunt, privatosque ab ulu arcuerunt, qvin,  
si Arnobio L. 2. contra gentes fides est habenda, Moneta culta fuit ut Numen ma-  
ximum, et excellentiore honore dignum. Pasim numi repertuntur, qvibus inpri-  
mitur *Moneta Dea*, stans erecta, manu sinistra cornu Amaltheae, dextra vero  
bilancem tenens, fore in habitum Aequitatis expressa, Percelebris Christopherus  
Vagensilius in differt. de re monetari vet. Rom. p. 8. Altorfii 1691. In tertia urbis  
regione a L. Furio Camillo Dictatore, Auruncis debellatis, templum fuit erectum  
in area montis Capitolini, ubi qvondam M. Manlii domus extabat, Celebrat hoc  
templum Sulmonensis vates Fast. VI,

Arce quoque in summa Iunoni templo Monetae

Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

Ante domus Manli fuerat, qui Gallica qvondam

A Capitolino reppulit arma Iove.

Pertinent ad hoc institutum Triumviri monetales, modo ad IV. Viros circa Iul. Caesaris tempora, modo ad tres praefectos sub Augusto, modo ad sex Procuratores in notitia utriusque imperii sub Theodosio iuniori et Valentiniiano redacti, et ipsi numi lucem afferunt, qvos inter unus imprimuntur : C. COSSVTIVS MARIDI-  
ANVS A. A. A. F. F. et duo ali: S. C. M. SALVIUS OTHO III. VIR. A. A. A. F. F.  
M. MAECILIVS TVLLVS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. Selectiora numismata  
illusterrimi Complani Comitis Constantii Landi p. 49. De libripente f. magistro  
probandi numos, a legum peritis Zygostate in utroque Cod. appellato, sublegit  
quaedam celeberrimus Hermannus Conringius in differt. de re monet. edit. Helmst.  
1662. c. 46. Poena fallariorum capitalis extitit, qvo adstructo fundamento Leonis  
Imperatoris et Philosophi verba Const. 77. πλαστόγεαφος ἐπὶ μεγίστῳ ἀμαζηναὶ  
ἐπιθέμνιας de capitis abscissione recte capiuntur, et huc forsan respexit Agylaeus,  
doctissimus interpres, transferens graeca verba, supplicio capitali afficitur, et vel  
ideo strictiore Petri Fabri semeffr. L. III. p. 305. censura minime notandus. Diffinit  
ex monetarum divinitate, qvod a numerorum percusione privatæ fortis homines,  
quamvis opulentia et honoribus splendidissimi abundant, fuerint abacti, qvo tam  
beneficio ex tori confvertuadine, et ex radiis matrimonii corruscantibus, et ex  
natalium splendore, sanguinisqve excellentia *Augustae* et *Caesarissae*, etiam Matres  
Caesarum, Aviae, Sorores, Filiae ac Neptes mactatae fuerunt : hinc in numis con-  
spicere

FH Tm 422

spicere licet earundem imagines , nomina, insuper dignitates, et divini fastigii vel insignia vel appellations. Augustae titulo ornatae reperiuntur *Iulia Augusta, Antonia, Agrippina, etiam Iulia Titi, Marciana et Matidia*, qvamvis conjugii nexus Imperatoribus non devincerentur, et sine longe quaerita divinatione prior compellatio reliqvas secum traxit, ut modo *Genetrices Orbis*, modo *Matres Senatus, Matres Patriae, Piae ac Felices* dicerentur. Imperium Byzantii stabilitum, et a Ioberto inferius appellatum, *venerabilis* appellationem adhibet, ut ex luculeto Cangei testimonio patet. Liviae f. Iuliae numisma a Thessalonicensibus percutsum cum inscriptione ΣΕΒΑΣΤΗ, eximiae est raritatis et elegantiae, et exprimitur a Vaillantio in numis. græcis p. 6. Parum laudis Livia Augusti conjux ab historicis reportavit, qvam numi maculam delere non poterunt, et prudenter de ea sagax aularum Magister Cornelius Tac. pronunciat, qvod fuerit gravis in Rem publ. Mater, et gravior Caesorum domui Novvera. Dum muliebri impotentia et fraude suæ soboli quaerit potentiam, Augusti dōnum et antiquum Principis sanguinem , qvibus potuit acerbitatibus vexavit, et fraudibus depressit. Percelebris Treboccorum Polyhistor Boeclerus, in Annal. Tac. I, 10, p. 197. Haec novverca gravis suorum liborum felicitatem mirum in modum amplificavit, satis hanc in rem callida , mirisque technis munita; exinde fama contemni haud meretur, qvae de ea in Rom. Imper. provinciis percrebuit, Augusti nepotes ex Agrippa fusile summotos Liviae captiōibus , et obscuris artibus , et aperto hortatu summam rerum in Tiberium, omnis astutiae magistrum , translatam extitisse. Quid non patrat feminarum astutia, et qvid adulatio foeda non excusat , aut nomine specioso tegi ? sed annales silentii umbram fugiunt , et veritas saeculorum cursum fallere nescit. Tristanus graecum numum Augusti et Iuliae cum ΘΕΙΟΥ et ΘΕΙΑΣ f. DIVI et DIVAE inscriptione producit , fallit tamen in eo vir celeberrimus, putans hunc numum vivente adhuc Augusto expressum fusile, et ex Taciti, Tranquilli et Dionis fide refelli potest , qui omnes in eo consentiunt, hanc compellationem Liviae ex Augusti testamento concessam delatamque fusile. Posedit qvsodam pretiosos numos ex Oriente allatos , et *Augustarum* nota distinctos, illustrissimus Thomas, Comes Arundelliae , sempiternum familiae Hovardianae decus , et promus condus omnis antiquatis et rarae eruditonis, cuius laudes pro illustri dignitate decantavit celeberrimus Britonum Theol. Thomas Smithus in vita Patricij Junii, cum aliis eruditorum virorum vitis , Musis plaudentibus , et thesaurum admirantibus, Londini typis exscripta 1707. p. 23. Futura eaque uberior numorum meorum explanatio abundantiorem segetem, messemque laetiorem ex praestantissimis numorum fabricatoribus suppeditabit, qvi praefsentem tractationem decido in alaci militum nostrorum togatorum adhortatione, praemissa ex more , apud nostrates recepto , obsequiosa ad Venerandos areae Ephoros , et Patres Patriae Conscriptos , et reliquos Musarum nostrarum Patronos invitatione , et interposita pro solenni ad verni certaminis lustrationem accessu debita gratiarum actione , ex muneri ratione mutua inserviendi alacritate ubertim et ex voto compensanda. P. P. Dominica jubilate 1709.



MC

PKH  
No. XII.  
78.  
12.

Π<sub>m</sub>  
922

AD  
PVBLCVM LYCEI SNEEBERGENSIS  
EXAMEN  
XI. CAL. MAI.

ET SEQVENTIBVS DIEBVS PRISCORVM CONVENT  
INSTITVENDVM, SVB CONTINVATIONE X

S C H E M A T  
TRIVM NVMORV

QVIBVS IMPRESSA CERNITVR APVD ILLVSTRIS. COMP  
CONSTANTIVM LANDVM IN NVMIS. SELEC

AVGVSTORVM CALIGVLAE NERONIS ET GALBAE EFFIGI  
PORRECTA ORDINES CIRCVMSTANTES PRO ROM  
MORE ADLOQVENS,

VENERANDOS LYCEI NOSTRI DN. INS  
ET QVOTQVOT EX PROCERV MVSIS FAVENT, CONVOCAT, SIBIQVE II  
HONORIFICAM PRAESENTIAM, PRAEMISSA AD AVD  
ADLOCVTIONE DE ATHEISM NATA LIBVS  
EXORAT

M. IOANNES DOPPERTVS, REC  
SCHOL. SNEEB.

SNEEBERGAE,  
Praelo HENRICI FVLDAE

Dam. Libr. 17.09.



Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
									1
									2
									3
									4
									5
									6
									7
									8
									9
									10
									11
									12
									13
									14
									15
									16
									17
									18
									19
									20